Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



18 10

eam. Hec autem cogitante ecce angelus domini
somnium apparuit ei dicens. Joseph fili dauid no
li timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim
in ea natum est de spiritu sancto est. Pariet autem
filium et vocabis nomen eius ihesum. Ipse enim salvum
faciet plebem suam a peccatis eorum. Off. Tollite portas
principes vestras et elevamini porte eternales et introibit rex glie
Da nobis quesumus omnipotens deus. ut sicut adorandum
filii tui natalicia preveniimus. sic eius munera ca
piamus. et ipsum iugiter laudemus. Per eum. Alia. Sec.
Munera domine quesumus hiis muneribus a nobis
semper diabolica fraudulenta secludere. ut qui redempto
nis eterne diem purificatis mentibus celebremus. Per eum
Revelabitur gloria domini et videbit omnis caro salutare dei
nostri. Comm. Da nobis domine quesumus unigeni
tui recreata nativitate respirare. cuius celesti mu
nere pascimur et potamur. Per eundem. In galli cantu
Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie ge
nui te. Ps. Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania
Deus qui hanc sacratissimam
noctem veri luminis fecisti illu
stratione claresce da quesumus. ut cuius lucis mysteria
intra cognovimus eius quoque gaudiis in celo per
fruamur. Per eundem. Lectio ysaie prophete
Hec dicit dominus. Populus gentium qui am
bulabat in tenebris vidit lucem magnam
habitantibus in regione umbre mortis. lux orta
est eis. Parvulus enim natus est nobis. filius
datus est nobis. Et factus est principatus eius su
per humerum eius. et vocabitur nomen eius admira